



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Aatholicis ad
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniae, 1654

S. Romanus Abb. S. Macarius Erem. S. Luitburga V. 28. Feb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

S. Romanus Abb. S. Macarius Erem.
S. Luitburga V. 28. Feb.



Simplicitas.

Abominatio Domini est omnis il-
lusor. Salomon.

Intercessio nos. quaesumus Domine
B. Romani Abbatis S. Macarii conf.
S. Luitburgae V. tua) commendet, ut
quod nostris meritis non valemus. e
ius patrocinio assequamur. Per Dom.
n. Iesum Chr. &c.

Ora pro frugibus terrae, &

1. S. Romanus Ab. & Lupicinus, in-
stituto vitæ Fratres, castitatis studio
eremum petierunt, Ibi, vt domi à pa-
rentibus, ita hic à dæmonijs tentati,
pene eremo fuissent expulsi, nisi ani-
mos eis Deus per fæminam casu red-
didisset. Itaque denuo eremum ean-
dem aggressi hostē eā totā fugarunt,
Monasterijs per eam dispositis, ad
quæ erigenda Deus etiam thesauros
occultos præclare vtentibus detexit.

2. S. Macarius Eremita B. Antonij
vt Discipulus, sic vitæ imitator, soli-
tudinem Nitriæ excoluit. Is inter alia
multa miracula etiā Leænam cum ca-
tulis sibi obsequentem fecit. circa
A. 400.

3. B. Luitburgis solitaria, in occul-
to inuenit, quod multi in publico per-
diderunt, nimirum Christi gratiam,
qui & ipse quandoque in montem, vt
solus oraret, secessit.